Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Non solum eipsum alite refrenaui. sed etiam multitudinem quae mihi comi
tabatur conpescui, et tamen si dicam quae erat qui sint uel fuerint
traditores uel persecutores. Respondetur mihi, disputare nolumus.
et rebaptizare uolumus. Nos oues uestres insidiantibus morsibus luporum
more depredemur, Uos si boni pastores estis. tacete, quid enim aliud
mandauit proculianus. si uere ipse mandauit, si xpianus es serua
hoc iudicio dei. nisi nos faciamus. tu tace. ausus etiam idem praeesbiter
homini rusticano conductori fundi ecclesiae comminari, haec quoq:
omnia pro te quae eso nouerit proculianus. coherceat insaniam clericorum
suorum, uide honorabilis eusebi. Non apud te dignaueris. itaq:
non quid tu de his omnibus sentias. nec ibi arbitreris a me iudicis
onus inponi. sed quid illi respondeant mihi rescribere, misericor
dia dei incolumem te tueatur dne eximiae et merito suscipiende ac di
lectissime frater. Expl. epl. sci Agustini.

LVIII. Incpt epl. sci Agustini ad Seuerinum.

Domino multum desiderabili et ualde carissimo fratri
seuerino augustinus; litteras fraternitatis tuae
et si ualde sero et si praeter quod speraueram tamen
laetus accepi. Maxime ampliore gaudio perfusus
sum cum cognouissem hominem uestrum in ipsa sola causa
uenisse hipponem. ut ad me litteras tuae fraternitatis adferret.
Cogitauit enim non sine causa hoc exortum esse. in animo tuo. ut re
coleres consanguinitatem nostram. Nisi quia fortasse perspicis sicut
noui non leue pondus prudentiae tuae quam sit dolendum ut qui
secundum carnem fratres sumus in xpi corpore non una sotietate uiuamus.
praesertim quia facile et ibi est attendere et uidere. ciuitatem
constitutam de qua dns ait. In euangelio. quod abscondi non possit,
ipsa est enim ecclesia catholica unde catholicae graecae appellatur
quod per totum orbem terrarum diffunditur. hanc ignorare nullilicet
ideo secundum uerbum dni nri ihu xpi abscondi non potest, pars autem